

Synodus dioecesisana Justinopoli habita ab Episcopo Joanne Ingenerio anno 1597. ¹⁾

In nomine Dei aeterni Amen.

(Textus originalis.)

Noi Giovanni Ingeneri per grazia di Dio et della santa sede Apostolica Vescovo Giustinopolitano, non derogando a niun altro nostro decreto cosi per occasione delle visite delle nostre Chiese come per altra causa fatto, facciamo in questo nostro presente sinodo per governo et commn beneficio delle persone religiose soggette a noi le presenti costituzioni, da dover essere con l'ajuto di Dio inviolabilmente osservate sotto quelle pene, che saranno comprese in loro, et altre arbitrarie a nostro beneplacito.

(Versio latina.)

Nos Joannes Ingenerius, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopus Justinopolitanus, quin derogemus ulli Nostro decreto sive occasione visitationum Nostrarum ecclesiarum, sive ex alia causa edito, in hac nostra praesenti synodo pro regimine et communi beneficio personarum religiosarum Nobis subjectarum has constitutiones emitimus, Deo adjuvante inviolabiliter observandas sub poenis, quae continebuntur in eis, aliisque arbitrariis ad Nostrum beneplacitum.

¹⁾ *Joannes Ingenerius* Venetus, antea Jurisprudentiae professor in Universitate Patavina, vir vere pius et doctus, praefuit ecclesiae Justinopolitanae ab a. 1576-1600. Interfuit Concilio Provinciali Aquilejensi a. 1596 Utini habito per Procuratorem D. Michaellem Passera Canonicum Tergestinum. Coaeta deinde dioecesisana synodo (verosimilius a. 1597) disciplinam in clero et populo ex mente Concilii Tridentini restauravit. Decreta ipsa lingua *italica* vulgata fuerunt, unde in usum lectorum, qui ejusdem periti non sunt, textui *italico* versionem latinam adjicimus. Synodus haec prima vice typis impressa in lucem prodit. Textus manuscriptus asservatur in actis dioecesis Justinopolitanae in Archivio Curiae episcopalis Tergesti.

Dovendo noi principalmente avere l'occhio a quelle cose, che appartengono alla fede catholica, quella che ci viene insegnata dalla s. Chiesa Romana, senza qual è cosa impossibile piacer a Dio, che siano per quanto s'estende la nostra industria integralmente osservate:

Quum Nostrum sit, oculus praecipue ad ea volvere, quae pertinent ad fidem catholicam, quam docet nos Sancta Ecclesia Romana, sine qua impossibile est placere Deo, ut eadem, quocumque refertur sollicitudo Nostra pastoralis, ex asse observentur:

Della Fede.

Ordiniamo, che così, come nel congregar di questo sinodo noi come tutti i canonici e sacerdoti della nostra Diocesi habbiamo fatto pubblicamente la professione della fede secondo la forma prescritta dalla f. m. di Pio pp. quarto, con giuramento, promettendo vera et sincera obediencia alla santa sede apostolica et sommo Pontefice Romano, detestando et anathematizando ogni sorta di Heresia, e ricevendo con obbligo da dover essere eseguito da noi tutto quello, che è stato determinato dal santo Concilio di Trento: debbano far il medesimo alla nostra presentati e inanci ad ogni altra cosa tutti quelli, che saranno provisti per avenir nella nostra Diocesi di beneficij come curati, come semplici di qualunque sorte si siano.

De fide.

Praecipimus, ut, quemadmodum in hac congregatione synodali Nos omnesque Canonici et presbyteri Nostrae dioecesis publice emisimus professionem fidei juxta formam praescriptam a fel. mem. Pio Pp. IV., jurejurando promittentes veram et sinceram obedientiam sanctae Sedi apostolicae et Summo Pontifici Romano, detestantes et anathematizantes omnem haeresin et acceptantes cum obligatione exequendi omnia, quae statuta sunt a sancta Synodo Tridentina: idem praestent Nobis praesentibus et ante alia omnia omnes illi, quibus ab hoc inde tempore in Nostra dioecesi beneficia sive curata sive simplicia, cujuscumque generis fuerint, conferentur.

2.

Così tutti quelli, che in questa città, o altro loco di questa Diocesi insegnano lettere, grammatica, od altra disciplina, siano

Simili modo omnes, qui vel in hac urbe, vel in alio hujus Dioeceseos loco litteras, grammaticam aut aliam disciplinam



15.4. 2004

2004 05793

tenuti in spatio di un mese dal di di questa prima publicatione far l'istessa professione della fede secondo il medesimo decreto e forma dalla fe. memoria di Pio quarto, e questa o qui nelle nostre mani, o altrove in presentia dei loro parrochi, e ne faciano havere la fede d'haverla fatta.

docent, teneantur infra spatium unius mensis a die primae hujus publicationis eandem fidei professionem emittere juxta idem decretum et eandem formam fel. mem. Pii IV, et hoc quidem aut hic in manus Nostras, aut alibi praesentibus propriis parochis, et exhibere Nobis testimonium emissae professionis.

3.

Dei curati.

Tutti li parochiani ¹⁾ usino diligentia avertendo se nelle loro parochie vi fosse alcuno, che malamente sentisse della fede, et fosse per alcuna causa sospetto et ci preavvertiscano.

De curatis.

Omnes parochi excubias agant indagantes, utrum in ipsorum parochiis inveniantur, qui male sentiant de fide, aut ex aliqua causa suspicionem moveant, Nosque hac de re certiores reddant.

4.

Avisino il loro populo, che se sarà udito o veduto alcuno a far o parlar cosa per la qual possa probabilmente essere sospetto della fede, lo denontii senza dimora, facendo saper ad ogniuno, che questo e gravame della sua conscientia, e che quelli che nol fano sono in colpa.

Moneant populum, ut, si quem audierint aut viderint facientem vel loquentem talia, propter quae probabiliter circa fidem suspectus esse possit, sine mora eum denuntient; doceantque singulos, conscientiam eorum desuper onerari, et non denuntiantes culpa gravari.

5.

Osservino quei, che vengono da paesi sospetti, e mirino i loro andamenti, e se vi è niuna sospitione, la rivelino.

Observent eos, qui veniunt ex regionibus suspectis, explorentque eorum vivendi rationem, et si ullam suspicionem moverint, eam revelent.

6.

Amoniscano il populo, che niuno sia si ardito e si temerario,

Admoneant populum, nemini licere ausu temerario verba sa-

¹⁾ „Parochiano“ i. e. parroco.

che mal usi le parole della sacra scrittura servendosi di loro in buffonarie.

crae scripturae profanare abutendo eis facetiarum causa.

7.

Exhortino i precettori ad istituir i loro discepoli nella via di Dio, nella dottrina christiana catholica e li rimovino d'ogni sorte di turpitudine e di vitij.

Hortentur magistros, ut doceant suos discipulos viam Domini, et doctrinam christianam catholicam, illosque removeant ab omni genere turpitudinis et vitiorum.

8.

Debbino tutti i parochiani il giorno delle feste comandate doppo disnar insegnar nella chiesa la dottrina christiana et amaestrar i figlioli a portar Reverentia a Dio N. S. et obedir al padre et alla madre, et farano l'istesso i curati delle ville havuta che abbino secondo l'ordine nostro dato la dottrina christiana stampata in schiavo. ¹⁾ Amoniscano i loro padri e madri per nome nostro sub poena excommunicationis, che sollicitino i fioli con ogni diligentia perchè non manchino di venir alla chiesa la festa per la dottrina.

Teneantur omnes parochi diebus festis de praecepto post prandium tradere in eclesia doctrinam christianam, et docere filios, ut reverentiam exhibeant Deo Domino nostro, et obediant patri et matri; idem agent curati pagorum, quando acceperint librum doctrinae christianae ex Nostro mandato typis editum idioma slavico. Moneant patres eorum et matres auctoritate Nostra sub poena excommunicationis, ut solertem operam navent, ne filii officio suo desint veniendi in ecclesiam diebus festis ad fidei doctrinam excipiendam.

9.

Ricordino spesso al popolo, che quelli, che con poco timor di Dio non santificano le feste è impossibile che i loro beni et la loro fortuna non vada a male; et che ogni uno è tenuto per divino comandamento lasciar

Frequenter populo in mentem revocent, fieri non posse, ut eorum, qui Deum parum timentes dies festos non sanctificant, bona et facultates non depereant, omnesque teneri praecepto divino, ut memoratis diebus ab omni

¹⁾ Catechismum hic loci commemoratum hucusque invenire nobis non licuit.

Conc. Provinc. Aquilejense Ulini habitum a. 1596 capite: *de divinis officiis*, commemorat, etiam „*Catechismum Romanum in Illyricam linguam Gregorii XIII jussu conversum*“ fuisse, cujus tamen exemplar itidem desideratur.

star in quei giorni ogni comertio, e che per cio s'exhorta ciascuno a frequentar le chiese la festa e spender le hore di quei giorni in udir i Officij le predicazioni, se sarà fatte, et in honor della Divina Maestà dichiarando noi ex nunc per ut extunc per excomunicati tutti quelli che contrafarano o farano nissuna sorte di exercitio sia qualsivoglia le feste comandate ecceti quei et a quelle hore che sarà concesso per publica necessità dal Cl^{mo} Sigr Podesta, essendo noi certi che questo Signor per sua nobilissima institutione e prudentissimo e piissimo proposito non mancherà di castigar con altre pene opportune quei che non saranno obediendi.

Nissun curato per ministrar qual si voglia sacramento della Chiesa, specialmente il battesimo e la ss. eucharistia non debbi dimandar limosine sotto pene arbitrarie che a noi parerà.

Nel ministrar li Smi Sacramenti insegnino i curati al popolo la virtù et l'uso loro.

Exhortino spesso il popolo a frequentar li Santissimi Sacramenti, specialmente le feste solenni, il giorno di natale et la pasqua.

negotiatione abstineant, ideoque moneri omnes, ut visitent ecclesias diebus festis, impendantque horas illorum dierum in audientis Officiis et praedicationibus, si locum habuerint, unde ad honorem divinae Majestatis excommunicationi latae sententiae obnoxios declaramus omnes contravenientes et illos, qui diebus festis de praecepto ullius generis commercii vacaverint, illis tantum illisque horis exceptis, quae ob publicam necessitatem Clarissimus Dominus Praefectus urbis concesserit; certo enim novimus, huncce Dominum pro sua laudabili doctrina, atque prudentiae ac pietatis ratione aliis poenis opportunis animadversurum in eos, qui non obedierint.

10.

Nullus pastorum pro administrando qualicumque Ecclesiae Sacramento, in specie baptismi et ss. Eucharistiae eleemosynam petere audeat, sub poenis pro arbitrio nostro infligendis.

11.

Administraturi sanctissima Sacramenta Curati populum doceant virtutem et usum eorum.

12.

Saepius exhortentur populum, ut frequenter suscipiat sanctissima Sacramenta, praecipue diebus festis solemnibus, die Nativitatis Domini et in paschate.

13. Vadino a visitar l'infermi, se bene non sono chiamati, et ricordino loro a ricever i sacramenti, et sperar et aspettar la loro salute da Dio N. S. Meminerint visitare infirmos, quamvis vocati non fuerint, moneantque illos, ut suscipiant sacramenta, et sperent atque expectent salutem a Deo Domino nostro.

14. Si guardino quelli che hanno cura d'anime, che per loro negligenza non perisca alcuno senza i sacramenti della Chiesa sotto quelle pene che parerà a noi. Caveant, qui curam animarum exercent, ne ullus propter eorum negligentiam pereat sacramentis Ecclesiae non susceptis — sub poenis pro arbitrio nostro infligendis.

15. Ognuno secondo la sua intelligentia insegni la dottrina dell'evangelio della Domenica corrente, et predichi il verbo di Dio e annuntij le feste. Unusquisque pro sua intelligentia Explicet doctrinam Evangelii Dominicae currentis, et praedicet verbum Dei, et annuntiet festa.

16. Insegnino i sacerdoti della Diocesi ai loro parochiani il Pater nro, l'Ave Maria, il Credo, e tutti i comandamenti della Chiesa. Doceant sacerdotes dioeceseos suos parochianos orationem Dominicam, Salutationem angelicam, Symbolum apostolicum et omnia praecepta Ecclesiae.

17. Amoniscano il populo loro, che quando si nomina in Chiesa il ss. nome di Jesu, ciaschuno abbia far reverentia, perche a questo nome tutte le creature s'inclinano, celesti, terrestri et infernali. Moneant populum suum, ut, quum in ecclesia SS. nomen Jesu profertur, unusquisque reverentiam exhibeat, quia in hoc nomine omne genu flectitur coelestium, terrestrium et infernorum.

18.

Batesimo. ¹⁾

Niuno ardisca di battezar in casa, ma in spatio di nove giorni

Baptismus.

Nemo audeat baptizare domi, sed intra novem dierum spatium

¹⁾ Rituale Rom. ex decreto Concilii Tridentini editum fuit demum a Paulo V. a. 1614; hinc facile ratio patet, ex qua tot decreta liturgica, modo in Rituali contenta, olim in synodis promulgata sint.

i padri e madri mandino i loro figlioli alla Chiesa, eccetto nelli casi di necessità, nelli quali se chiamano i Sacerdoti prima, mancando essi, alcuna persona ordinata di qualche ordine sacro, non vi essendo anche questi, il puto sia battezzato da un laico, et da un homo se vi sara, quando non, da una donna che lo sappia fare, et sia la forma questa: Io te batizzo in nomine patris, et filii et spiritus sancti. Amen, senza aggiungervi niuna altra cosa.

patres et matres mittant filios suos in ecclesiam, excipe casus necessitatis, in quibus vocentur sacerdotes primum; deficientibus his, clericus in aliquo ordine sacro constitutus; quodsi vero ne hic quidem praesto fuerit, infans baptizetur a laico, et quidem a mare, si adfuerit, secus a faemina rituum gnara, et forma haec sit: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen— nihil aliud addendo.

19.

Non si batezzi senza lume.

Ne quis baptizet absque cerei usu.

20.

Se i figlioli battezzati in casa sopravivarano, tra nove giorni o quanto prima si potra, siano portati alla Chiesa, et constando che siano stati rettamente battezzati, solo se li aggiungino le cerimonie del Battesimo e non altro.

Si infantes domi baptizati vitam protraxerint, intra novem dies vel quam primum fieri poterit deferantur in ecclesiam, et, si constet, eos rite baptizatos fuisse, jungantur dumtaxat baptismi caeremoniae, et nihil aliud.

21.

Non possa tener a Battesimo niuno che sia scomunicato e niuno che quel anno non sia e confessato e comunicato.

Infantem ex sacro fonte levare non licebit ei, qui sit excommunicatus, nec illi, qui eodem anno Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae non susceperit.

22.

Siano elleti per compadri e comadre persone utile alla salute dell' anime dei figliolini.

Patrinorum munere nonnisi illi fungantur, qui salutis infantum spirituali prodesse poterunt.

23.

Insegnino i curati alli compadri, quale habbia ad essere il loro officio, perche nell'atto del Battesimo si generano spiritualmente figlioli al N. Signor Jesu Christo, sono tenuti insegnar a quelli i precetti della religione catholica, et instruirli di buoni costumi, specialmente quando i loro padri naturali mancassero in questo.

Doceant curati patrilios. quae sint futura eorum munera; quoniam in actu baptismi Domino nostro Jesu Christo spirituali modo infantes generantur, illorum erit, catholicae religionis praecepta eisdem tradere, et eos bonis moribus informare, praesertim, si parentes eorum naturales huic officio defuerint.

24.

Habbino tutti i curati un libro del Nome et Cognome del Padre et compadri, del giorno del Battesimo e della nascita del batizzato et se sarà nato di legitimo matrimonio o come, e di anno in anno siano tenuti darne una copia a Noi. Non s'admettino alla cresima per l'avenir quei figlioli che non saranno entrati nel settimo anno.

Omnes curati librum habeant, in quo notetur nomen et cognomen patris et patrinorum, dies baptismi et nativitatibus baptizati; utrum fuerit legitimo toro natus, nec ne; ejusque apographon singulis annis Nobis exhibere teneantur. Ne ab hoc inde tempore ad Sacramentum Confirmationis illi admittantur, qui septimum aetatis annum nondum sint ingressi.

25.

Eucharistia.

Osservino i parochiani quei che non si confessano e non si comunicano il tempo della pascha della Resurrectione, et tra quindici giorni dopo le feste siano tenuti darne di questi una polizza a Noi.

Eucharistia.

Explorent parochi eos, qui nec peccata confitentur, nec sacra synaxi reficiuntur tempore Paschatis resurrectionis, ac intra quindecim dies post festa labentes Nobis eorum nomina exhibere teneantur.

26.

Non se comunichino fuori della parochia i parochiani senza licentia del Curato.

Fideles extra parochiam Sacramentum Eucharistiae ne suscipiant nisi ex licentia curati.

27.

Prima che i sacerdoti ministrino il Ss. Sacramento, facino avisato il populo con quanta Reverentia et humiltà lo debba ricever, et quanto male se li prepara a quelli, che vengono a riceverlo indegnamente.

Sacerdotes, priusquam Ss. Sacramentum administrent, fideles rite edoceant, quanta illud reverentia et humilitate suscipi oporteat, et quanta mala deriventur in eos, qui accesserint indigni.

28.

Dopo la Ss. Eucharistia non se dia il vino in calice, ne in vaso consacrato, ne che habbi forma di consacrato. ¹⁾

Sumta Ss. Eucharistia vinum ne tradatur in calice, nec in vase sacro aut quod sacri formam prae se ferat.

29.

Tutte le chiese curate habbino una compagnia del Santissimo Sacramento, e queste principalmente habbino cere di honorarlo quando viene portato alli infermi.

Adsint in omnibus ecclesiis curatis piae Ss. Sacramenti sodalitates, eisque praecipue praesto sint cerei, quibus honoretur, quum ad infirmos defertur.

30.

Si convochi all' hora il populo a suono di campane a botti.

Convocetur illa hora populus sonitu campanarum ictibus pulsatarum.

31.

Vada accompagnato col feral, torzi accessi, la campanella e l' ombrella nelle chiese che l' hanno.

In deferendo Sacramento utantur lucerna, cereis ardentibus, tintinnabulo, et umbella, si quae fuerit in ecclesia.

¹⁾ Mos hiecc commemoratus videlicet illis, qui sacra synaxi refecti fuerint, vinum tradendi neque Justinopoli - neque alibi in his Dioecesibus viget; in quibusdam vero Germaniae Dioecesibus adhucdum deprehenditur. Legimus enim in Ephemeridimus, quibus titulus: „Bamberger Pastoralblatt“ N.º 38 a. 1866, Episcopum Moguntinum in Litteris encyclicis die 3. Aprilis 1866 datis inter alia haec scripsisse: „Mannigfache Ungehörigkeiten der Kinder in der Nähe des Allerheiligsten Sakramentes bemerkt man häufig aus Veranlassung des Gebrauches nach Ausspendung der Communion durch Kinder den Wein reichen zu lassen“....

Etiam in libello: *Uffizio della settimana s edito a Clemente Petrobelli* olim Parocho ad S. Leonem Venetiis legitur: Feria quinta.... cose da prepararsi alla credenza.... „Un calice con entro del vino e un fazzoletto per la purificazione dei Sacerdoti. Un bicchiero pure con vino per i chierici ed altri.“

32.

Si portino due particole, perche nel ritorno non s'adori il vaso vacuo.

Deferantur duae particulae, ne redeundo vas adoretur vacuum.

33.

Ogni otto giorni si consumi et rinovi la ss. Eucharistia.

Octavo quoque die sacrae particulae consumantur et renoventur.

34.

Vi sia i Tabernacoli dentro di sopra et di sotto fodrati de corporali bianchissimi.

Tabernacula intus in superiori et inferiori parte candidissimis corporalibus vestiantur.

35.

Nelle solenni processioni et in ogni altro tempo che sia portato atorno il Ss. Sacramento niuna persona stia alle fenestre, ne permetti a suo poter, che altri vi stia sub poena excommunicationis.

In solemnibus processionibus, et alio quovis tempore, quo Ss. Sacramentum circumfertur, nemo ex fenestra prospiciat, et pro viribus ne permittat, ut alii prospiciant — sub poena excommunicationis.

36.

A tutti quelli ch'accompagnano con i loro proprij lumi accessi il Ss. Sacramento, quando viene portato all'infermi, Noi concedemo per nostra ordinaria autorità quaranta giorni d'indulgentia.

Omnibus illis, qui cereis suis ardentibus comites se adjunxerint Ss. Sacramento quum ad infirmos defertur, auctoritate Nostra ordinaria quadraginta dierum indulgentiam elargimur.

37.

Per tutte le chiese della nostra Diocesi il Ss. Sacramento si habbi da conservar sopra l'altar maggior, eccetto la nostra Cathedral, ove forsi malamente si potrebbe, ¹⁾ quella d'Isola e di Piran per spetial devotion et inclination delle fraterne.

In omnibus ecclesiis dioeceseos Nostrae Ss. Sacramentum in Ara majori asservetur, exceptis Cathedrali Nostra, in qua hoc forsitan incongruum foret, item Insularum ac Pyrrhani ecclesiis propter specialem piarum sodalitatum devotionem et voluntatem.

¹⁾ In Cathedrali Justinopolitana Ss. Sacramentum asservabatur in Cappella sub ara maj. Episcopus Thomas Stella illud in loco decentiori in Choro collocandum curavit; demum episcopus Franciscus Zeno a. 1662 propriam cappellam Augustissimo Sacramento asservando deputavit. Cf. Naldini p. 107.

Della celebrazione delle messe.

Nissun sacerdote possa dir messa altrove, che nelle chiese pubbliche, e nelli oratorij destinati al semplice culto di Dio e visitati da noi.

I ornamenti e instrumenti di altari per la celebrazione della messa sia netti e mondi e specialmente i corporali et purificatorj.

Il giorno del Sabato sempre si dica la Messa della Madonna, eccetto quando la solennita di qualche santo impedisce; et in qual caso si faci sempre la sua comemoratione.

Nissuu sacerdote nella sua prima messa nova faci bancheti ne balli ne feste indecenti di nessuna sorte.

Non dichino la loro prima messa se non quelli, che saranno ben instruiti delle cerimonie instituite dalla s. Chiesa sinche sappino esatamente; dovendo prima essere sperimentati da persone deputate da Noi.

Si schiffino da ogni gesto et atto indecoro, cosi dalla faccia come dal resto di moto del corpo quando celebrano.

De celebratione missarum.

Ne quis sacerdotum missam celebret nisi in ecclesiis publicis aut in oratoriis simplici Dei cultui destinatis et a Nobis visitatis.

Ornamenta et instrumenta altaris celebrationi Missae necessaria nitida sint et munda, praesertim corporalia et purificatoria.

Die Sabbathi semper Missa de Beata celebretur, nisi solemnitas alicujus Sancti obstet, et in hoc casu semper illius commemoratio fiat.

Ne ullus sacerdos die, quo primum Deo sacrificium obtulerit, convivia paret, aut choreas aut non decora eujuscumque generis festa.

Ne primam celebrent missam nisi qui apprime edocti sint ritus ab ecclesia institutos, donec eorum ex asse fuerint gnari, quum illos antea probari oporteat ab iis, quos huic officio Nos deputaverimus.

Abstineant a quocumque gestu et actu non decoro sive in facie, sive in corporis motu quando celebrant.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

Fatta una volta l' elevatione movano cosi l' hostia che non appara, che un altra volta la vogliano levar.

Facta semel elevatione hostiam ita moveant, ut non videantur eam denuo velle elevare.

45.

Non s'aggiunga, ne minuisca nesuna cosa oltra quello, che ha instituito la Chiesa Romana.

Nil addendo, nil demendo id unum servetur, quod instituit Ecclesia Romana.

46.

L'orazioni che s'ha da dir in voce alta, siano dette distintamente e chiaramente.

Orationes alta voce recitandae distincte et clare recitentur.

47.

Non se proferiscano ne dicansi l'orazioni ne alcuna parte della messa troppo velocemente ne indecentemente.

Ne recitentur orationes, ne ulla Missae pars absolvatur justo velocius aut modo non decenti.

48.

Per schiffar gli errori che sono gravissimi in ogni parte della messa, legasi tutta la messa et non si dica a mente.

Ut evitentur errores, qui gravissimi sunt in qualibet Missae parte, tota Missa legatur et sola memoria duce ne celebretur.

49.

Almeno ogni quindici giorni si confessino eccetto quando per loro peccati mortali non fossero astretti farlo più spesso.

Saltem decima quarta quaque die peccata confiteantur, nisi eos propter peccata mortalia citius confiteri oporteat.

50.

Non vadino ex abrupto alla celebrazione della mesa, ma prima si reduchino in lor stessi, facendo oratione et considerando l'altezza del ministerio che han da trattar.

Ne ad Missam celebrandam ex abrupto accedant, sed prius rite se praeparent orando, et gravissimum ministerium, quod subituri sunt, considerando.

51.

Prevegano e legano la messa prima che la dicano, et habbino dicendola in pronto tutte le parti, che non habbino più cura d'andar cercando l'orationi.

Priusquam celebrent, videant, quae sit Missa diei, illamque oculis lustrent, et celebrantes singulas partes habeant paratas, ne deinceps quaerendis orationibus occupentur.

52.

Quando saranno apparati non parlino con alcuno, non ascoltino alcuno, ma habbino la mente a quello ch' hanno da fare. Non escano di Sacristia inanzi tempo et andando all'altare vadino gravemente et modestamente.

Paramentis induti ne cum aliis colloquia misceant, ne ulli praebeant aures, sed corde volutent Sacrificium offerendum. Ne justo citius Sacristia egrediantur, et gravitate ac modestia venerabiles ad altare accedant.

53.

Sopra l'altar ove se celebra non pongano barete, ne fazoleti ne cosa alcuna.

In altari, in quo celebrant, nec bireta, nec strophiola, nec quaecumque sint alia ponantur.

54.

All'altar non aspetino alcuno a principiar ne fermino a petitione d'alcuno la mesa principata, ne tornino a cominzar, ne per rispetto di persona alcuna non anticipino la messa ne la ritardino ma la dichino all'hora consueta et più accomodata per il populo, ne per alcuna causa non pretermettino il sermone che havarano da far; che se per forza altrui, o per minaci, o per paura saranno costretti far altramente, noi ex nunc per extune pronunciamo per excomunicati tutti quelli, che ardirano costrengerli et li priviamo per diece anni d'ogni sorte di beneficio o feudo che potessero havere dalla chiesa.

Si ad altare accesserint, ritum inchoent nemine expectato, nec sistant quo demum cumque petente ritum inchoatum, nec ritum denuo inchoent, nec in ullius gratiam serius vel ocyus celebrent Missam, sed horà consueta populoque opportuniori; nec ulla ex causa praetermittant sermonem habendum; quodsi autem vi seu minis aliorum seu timore, ut secus agant, adigantur, Nos omnes illos, qui eos adegerint, excommunicatione latae sententiae ferimus, eosdemque beneficio aut feudo cujuscumque generis, quod ab ecclesia obtinuerint, decem annorum spatio privamus.

55.

Finita la messa habbino a render gratie a Dio N. S. i sacerdoti dal sacrificio gia fatto.

Sacerdotes missa celebrata Deo Domino nostro pro oblato sacrificio gratias agant.

56.

Niun sacerdote muova ne lievi ne accomodi calice od altro per partirsi, ne si parta, ne smorcino i chierici i lumi se non fenito l'evangelio della fine della messa, ma queste cose se facino tutte doppoj.

Ne quis sacerdotum moveat aut elevet aut accomodet calicem aliamve rem velut discessurus ab altari ¹⁾, ne reapse discedat ²⁾, nec clerici cereos exstinguant nisi lecto ultimo Missae evangelio, sed ista omnia deinceps praestentur.

57.

A quel che celebra habbi da ministrar sempre un chierico con la cotta, instrutto del servitio conveniente alla messa e sufficiente a farlo.

Celebranti semper ministret clericus cotta indutus, modum ministrandi in Missa rite edoctus, et huic officio idoneus.

58.

Siano prima accesse le candelle et preparate tutte le cose necessarie all'altar prima che il sacerdote vi vada.

Sint cerei accensi parataque omnia altari necessaria, priusquam sacerdos ad illud accedat.

59.

Celebrandosi non vadino attorno i chierici per la chiesa, ma assistino a loro officio et non attendano ad altri ne ad altro.

Dum sacerdos celebrat, ne clerici in ecclesia circumvagantur, sed agant, quae sui sunt muneris, nec in alios vel in alia mentem convertant.

60.

Avisino i sacerdoti i padri di famiglia che facino andar alla mesa la festa tutti che sono della loro famiglia.

Sacerdotes patresfamilias moneant, ut diebus festis omnes, qui ad familiam referuntur, Missae jubeant interesse.

¹⁾ ²⁾ i. e. nisi lecto ultimo Evangelio, hoc enim in sequentibus dicitur.

61.

Le donne vedove o per altri rispetti impedita non stiano più d'un mese senza mesa.

Mulieres viduae aut aliis rationibus impeditae ne ultra mensis spatium se Missae subtrahant sacrificio.

62.

Quelli che odono la mesa stiano sempre colla testa scoperta, sempre ingenochioni eccetto al evangelio, non s'accostino tanto all'altar, che perturbino il sacerdote, e non si partino se non finito l'evangelio dopo la benedizione.

Qui Missae intersunt, semper adstent capite non operto, et genibus semper flexis demto evangelio, nec justo propius altari appropinquent, ne sacerdotem turbent, nec revertantur domum nisi lecto post benedictionem evangelio.

64. 1)

Gli corporali e purificatorj e tutte le altre cose che servono all'altar, et al sacrificio della mesa siano mondissime e senza macula.

Corporalia, purificatoria et quaecumque altari et Missae sacrificio fuerint necessaria, valde sint munda et a maculis immunia.

65.

Gli altari siano coperti con tre tovaglie mondissime, e non vi se ponga mai sopra altro che cose necessarie per l'uso della messa.

Altaria operata sint tribus tobaleis valde mundis, nec in iis collocentur nisi quae opus sint ad celebrandam missam.

66.

Tutti gli altari che sono consecrati, habbino tella cerata sotto le tovaglie.

In omnibus altaribus consecratis chrimale ²⁾ tobaleis substernatur.

67.

Nissun vada senza nostra licentia a dir mesa in qualsivoglia chiesa delle nostre, sotto l'istesse pene di essere scomunicati.

Nemo absque Nostra licentia in ulla ecclesiarum Nostrarum celebret — sub poena excommunicationis.

1) Canon sexagesimus tertius in Codice manuscripto deest, procul dubio propter librarii oscitantiam.

2) Pontificale: „Chrimale sive pannum lineum ceratum.“

68.

Nel celebrar della mesa e nelle ceremonie ciascuno osservi esattamente i precetti della Rubrica.

In celebratione ritibusque Missae omnes ex asse observent Rubricarum leges.

69.

Non vi s'adopri calici, ne patene d'altro che d'argento o d'oro se fosse possibile.

Ne utantur calicibus aut patenis nisi argenteis vel aureis, si fieri possit.

70.

Se facino l'Hostie di purissimo fior di farina; il vino sia puro, bianco, non accettoso, non agresto, non se celebri se non con duj candelle, si lavino i calici almeno una volta alla settimana.

Conficiantur hostiae ex farina purissima, vinum sit merum, coloris albi, non aceto simile, non acre, ne celebrent nisi duobus cereis utentes, calices semel saltem quavis hebdomade laventur.

71.

Ogn'uno se confessi almeno una volta all'anno et questo la pasqua della Resurezione.

Unusquisque peccata confiteatur semel saltem quotannis, et quidem in Paschate Resurrectionis.

72.

Ricordino i medici nel loro primo ingresso all'amalato che si confessi, e protestino che se fra quattro giorni non lo faranno, abbandonerano la cura, et osservino questo, et non osservando li pronuntiamo per excommunicati.

Medici, quum primo accedunt ad infirmum, moneant illum, ut peccata confiteatur, et minas addant, nisi hoc intra quatuor dies praestiterit, se non amplius ad illum accessuros; haec autem ex asse observent, et nisi observaverint, Nos eos excommunicatos esse declaramus.

73.

Chi non è parochiano, non confessi altro, che di nostra licentia et a tempi debiti si pongano sopra le porte delle sacrestie la lista dei confessori.

Qui non est parochus, ne confessiones excipiat nisi ex Nostra licentia, et tempore debito januis sacristiarum nomina confessariorum appendantur.

74. Nissun sacerdote sub poena excommunicationis s'assuma d'assolver i casi reservati alla Santità di N. S. et al Ordinario. Nullus sacerdotum sub poena excommunicationis a casibus Sedi Apostolicae et Ordinario reservatis absolvere praesumat.
75. Nissun sacerdote confessi nelle chiese inanzi giorno, ne dopo sol a monte. Nullus sacerdotum confessiones excipiat in ecclesiis ante auroram vel post solis occasum.
76. Non si confessino in cella, ma pubblicamente in chiesa, ne in casa, se non per casi di necessità. Confessiones ne excipiantur in cellis, sed publice in ecclesia, nec domi, exceptis casibus necessitatis.
77. Exhortino i sacerdoti i loro parochiani, che non aspettino a confessarsi la settimana santa. Exhortentur sacerdotes parochianos suos, ne ad hebdomadem majorem confessionem differant.
78. Attendano i confessori non abandonar le confessioni per altra causa o di guadagno od altro, et non le differiscano. Videant confessarii, ne officium confessiones excipiendi ulla ex causa, sive lucri sive alia, negligant, aut differant.
79. Non s'assolvino quelli, che hanno tolto la robba d'altri, et che hanno modo di restituirla, prima ch'habbino fatta la satisfazione, eccetto il caso di pericolo di morte, così dei lassidi fatti ad pias causas, che siano prima satisfatti. Ne absolvantur, qui sustulerunt aliena, et habent, unde illa restituant, nisi prius satisfactionem praestiterint, excipe casum, si urgeat periculum mortis; idem valet de piis legatis, quibus prius satisfieri oportet.
80. Nissun falso testimonio sia mai assolto, se prima non havara resarcito il danno dato per il suo. Ne unquam falsi testes absolvantur, nisi prius damnum falso testimonio illatum resarcierint,

falso testificar, per quanto comportara le sue forze, et non havara parimente restituita la reputatione violata.

quantum vires tulerint, et nisi prius laesum honorem reparaverint.

81.

Niun confessore assolvi alcuno dei fraseritti casi senza nostra licentia:

1. Raptori di vergine.
2. Violatori di Monache.
3. Quelli che studiosamente havara fatto disperder le donne.
4. Incestuarii con le loro parenti dentro il secondo grado inclusive.
5. Incendiarii.
6. Quelli che per ingiuria tagliano le piante altrui.
7. Quelli che comettono fornicatione nelle chiese.
8. Homicida voluntarii.
9. Quelli che bateno il padre e la madre.
10. Quelli che hanno modo di alimentar i loro figlioli, et li mandano all' Hospedal.
11. Quelli che si serveno delle cose sacre per magie.
12. Monetarii.
13. Falsificatorii delle misure pubbliche.

Nemo confessorum absque Nostra licentia a sequentibus casibus absolvat; sunt vero:

1. Raptores virginum.
2. Violatores sanctimonialium.
3. Qui data opera abortum procuraverint.
4. Qui cum consanguineis intra secundum gradum inclusive incestum commiserint.
5. Incendii auctores.
6. Qui aliorum plantas injuste secant.
7. Qui fornicantur in ecclesia.
8. Homicidae voluntarii.
9. Qui patri aut matri manus violentas injiciunt.
10. Ii, quibus non desunt vires alendi filios, qui vero eos in hospitalem domum relegant.
11. Qui rebus sacris abutuntur, ut magiam exerceant.
12. Qui nummos non genuinos cudunt.
13. Qui mensuras publicas adulterant.

82.

Gegjunio.

Perche i quaranta giorni della quadragesima sono come a dire la decima del tempo dell'anno della vita nostra dedicata a Dio N. S. ogn' uno sia avisato da i

Iejunium.

Quum quadraginta dies Quadragesimae, ut ita dicamus, temporis anni vitae nostrae decimae Deo Domino nostro dicatae habeantur, unusquisque a sacerdo-

sacerdoti d'essere obligato a digiunare la tutta dai giorni della Domenica infuori, come il resto delle vigilie dell'anno comandate dalla S. Chiesa.

tibus moneatur, ut se toto illo tempore jejunii praecepto obligari sentiat, exceptis diebus Dominicis; idem valet de caeteris anni jejuniis a sancta Ecclesia praeceptis.

83.

Quelli che digiunano non pur s'astengano dai cibi, ma d'ogni sorte di peccato, per quanto comporta l'humana fragilita s'occupino nelle orationi, in officij pij, e facino delle elemosine. Non sono astretti a digiunar i vecchi, gl'infermi et quelli che hanno altre giuste excusationi, le quali havemo da giudicar Noi.

Qui jejunant, ne tantum a cibis abstineant, sed etiam a quocumque peccato, quatenus tulerit humana fragilitas; orationibus vacent, piis officiis, et faciant eleemosynas. Eximuntur a jejuniis senes, infirmi, et qui alias justas excusationes allegant, de quibus vero Nos sententiam feremus.

84.

Oglio santo.

L'estrema onzione non sia amministrata se non a quelli ch'hanno anchora i loro sensi, et questi siano dal sacerdote consolati, exhortati di conformar la loro volonta col voler di Dio, et alligrarsi di permutter questa vita mortal infelice, con la vita eterna in paradiso tra beati in gratia di Dio.

Extrema Unctio.

Sacramentum extremae Unctionis ne administretur nisi illis, qui sensibus nondum destituuntur; hos autem sacerdotes solentur, moneantque, ut voluntatem suam divinae voluntati conforment, ac laentur, quod sibi datum est, hanc miseram vitam cum aeterna Beatorum in paradiso vita in statu gratiae commutare.

85.

Non se porti l'oglio santo senza la cotta la stola et il feral.

Ne hoc sacramentum deferatur sine cotta, stola et lucerna.

86.

Gli astanti tutti pregino per loro.

Omnes, qui adstant, orent pro infirmis.

87.

Si serbino tutti gl' ogli santi in locho mondo con diligentia sotto custodia et sotto chiave.

Omnia olea sacra in loco mundo diligentur asserventur et clave adhibita custodiantur.

88.

Mandino ogni anno i parochiani delle ville per l'oglio santo et non vi mandino altri, che un chierico o vengano essi.

Parochi rurales quotannis oleum sacrum ab Ecclesia Cathedrali expetant; nec alios, nisi Clericum, mittant, qui illud accipiat, vel ipsi veniant.

89.

Vita et honesta dei sacerdoti e chierici.

Monsignor Decano ch'è prima dignita in questa chiesa doppo l'episcopal sia tenuto fra duj mesi far un libro del nome e cognome di tutti chierici e sacerdoti secolari et in che grado se trovino e per l'avenire si faccia nota di tutti quelli che saranno admessi in qual si voglia grado cosi secolari come regolari.

Vita sacerdotum et clericorum honesta.

R.^{mus} Decanus, qui est prima in hac Ecclesia post Pontificalem Dignitas, jubetur infra duos menses notare in Libro nomina et cognomina omnium clericorum et sacerdotum saecularium, et in quo gradu sint constituti; haud secus deinceps notentur omnes illi, quid ad quemcumque gradum promoti fuerint, sive sint saeculares sive regulares ¹⁾.

90.

Exhortiamo e pregiamo tutti i sacerdoti per viscera misericordiae Domini nostri che con ogni loro poter facino che la lor vita sia irreprensibile.

Exhortamur et obsecramus omnes sacerdotes per viscera misericordiae Dei nostri, ut toto virium conatu vitam agant, quam nemini reprehendere liceat.

91.

Non habitino nelle case dei sacerdoti per congiunte che siano donne, che possino in qual si voglia modo essere suspette.

Nehabitent in domibus sacerdotum mulieres utut consanguineae, quae quo demum cumque modo suspicionem movere possint.

¹⁾ En prima Schematismi vestigia.

92.

Tutti i sacerdoti e chierici vadino in habito clericale e portino la chierica così vacua che sia cospicua.

Omnes sacerdotes et clerici utantur veste clericali, deferantque tonsuram ea ratione, ut sit conspicua.

93.

Non nutrischano studiosamente la barba et dal lapro superior così la taglino, che non impedisca il sacrificio.

Ne barbam studiose promittant, eamque in labro superiori ita radant, ut sacrificium non impediatur.

94.

Non vestino sordidamente.

Ne veste sordida induantur.

95.

Portino tutte le loro veste longe, e per viaggio cavalcando tali abiti che sia conosciuti per religiosi.

